

Band V., Nr. N31, Seite 420-422

Die Propstei Weißenau, welcher König Heinrich (VII.) wegen ihrer Kosten bei Mitbewachung der Reichsinsignien auf der Waldburg eine Pfründe zu Bregenz geschenkt hatte, befreit diese Pfründe durch einen Vergleich mit Burkhard von Rheineck, beziehungsweise durch Geldzahlungen an diesen, seine Frau und Brüder von jeglichem Pfand und beanspruchten Lehensverband.

Ohne Ortsangabe, Ohne Zeitangabe (Um 1228.
Februar.)¹

Res, que apud homines cum tempore geruntur, temporibus elabentibus plerumque cum ipsis elabuntur. Ut ergo posterorum artius vigeant memorie, testibus idoneis et scripta fulciuntur auctoritate. Notum igitur facimus cunctis presentibus et futuris. Regnante Henrico glorioso Romanorum rege apud castrum Walpurch regalia reposita sunt². Cui castro, quia ecclesie sancti Petri in Augia loco et familiaritate coniuncta est, eadem ecclesia duos illic in obsequium regis canonicos ad servandum ea et serviendum instituit pluribus annis, ob cuius reverentiam et devotionem et ob eternam remunerationem dominus rex proprietatem cuiusdam prebende parochialis ecclesie in Brigantio, que ad eum iure hereditario spectabat, quam dominus Phylippus rex quondam militi cuidam domino scilicet Cūnoni de Rinegge sub nomine pignoris pro XX marcis argenti obligaverat, predicte donavit ecclesie Augensi³, ita videlicet, ut soluta debita pecunia creditori proprietas et ius patronatus prebende memorate prefate cederet ecclesie integraliter. Cum igitur dominus Vlricus Augensis prepositus pecuniam offerret scilicet XX marcas ad redimendum Burchardo, filio predicti Cūnonis de Rinegge, cui hoc pignus in partem cessit mortuo patre duobus adhuc fratribus suis viventibus Henrico et Vlrico militibus, ille eam respuens iure feodi se habere ipsam constanter affirmabat. Quapropter diutina disceptatione agitata domino preposito coram iudicibus hinc inde prosequente et ille sepius citatus coram domino rege comparere dissimulavit, urgente tamen nichilominus sepedicto preposito mediante domino

¹Mit Rücksicht auf die in den folgenden Anmerkungen angegebenen Zeitbestimmungen.

²Nach Burkhard von Ursberg (MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA INDE AB ANNO CHRISTI 500 USQUE AD ANNUM 1500. SCRIPTORES, Bd. 23: Chronica aevi Suevici, hrsg. Von Georg Heinrich Pertz, Hannover 1874. [ND Stuttgart u.a. 1963], S. 379) im Jahr 1221.

³Am 6. November 1226 zu Weingarten, vgl. WUB, Bd. III, S. 203.

II

Rūdolfo de Arbona amicabile facta est compositio et talis. Date sunt ab ecclesia Augensi predicto Burchardo militi XXXX marce puri argenti, uxori sue quinque libre, fratribus suis Henrico et Vlrico militibus X marce. His omnibus acceptis venerunt ad presentiam regis Burchardus miles apud Wizenburch⁴ et quicquid iuris habebat sub nomine feodi vel pignoris in prebenda illa Prigantie penitus resignavit eadem regi. Fratres vero ipsius Henricus et Vlricus milites cum nichil haberent iuris nomine feodi vel pignoris in ipsa prebenda, tamen ad maiorem cautelam resignaverunt apud Ulmam⁵ domino regi etiam hoc idem, quod se volebant habere. Facta est autem hec compositio apud Constantiam⁶ presente Heinrico prothonotario imperialis aule, qui tunc temporis habebat utramque preposituram Augustensis et Constantiensis ecclesie, Peregrino, fratre suo canonico, Waltero et Lütoldo de Rotinlen, canonicis, Vlrico preposito de Bischophiscelle, Werinhero de Veltpach, decano Constantiensi, Cvnrado canonico, filio dapiferi de Walpurch, Diethelmo milite de Stainegge, Marquardo milite, sculteto Constantiensi, Hugone milite de Trullicon et multis aliis. Erant etiam isti presentes apud Wizenpurch, ubi B. miles iuri suo renuntiavit: abbas de Aelchigen⁷, Wolfradus de Cruthain, Eberhardus dapifer de Walpurch, Fridericus filius eius, Diето de Aistegen⁸, Hainricus de Ebersperch, Rvdigerus de Wolpiandis, Bertoldus de Aepfingen et multi alii. Ubi vero apud Ulmam Henricus et Vlricus iuri suo renuntiaverunt, fuerunt isti presentes: Eberhardus dapifer et filius eius Fridericus de Walpurch, Cvnradus pincerna de Wintersteten, Rvdolfus de Arbona, Albertus de Sumerowe, Bertoldus de Arnsperch⁹ et multi alii.

—

Der Text folgt dem Abdruck bei Baumann: Acta sancti Petri, S. 79.

⁴Wohl Weißenburg im Nordgau, welches K. Heinrich auf der Reise von Eger (1. Januar 1228) nach Ulm (17. Februar ff.) berührt haben mag.

⁵Nach den unten genannten Zeugen bei der Anwesenheit vom Februar 1228.

⁶Wohl Ende des Jahres 1227 oder Anfang des Jahres 1228.

⁷Oberelchingen.

⁸Aistegen, heutzutage Löwental ?

⁹Wohl Ehrensberg.

Überlieferung und Publikationen

Regesten:

FRANZ LUDWIG BAUMANN: Acta sancti Petri in Augia. In: Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 29 (1877), S. 1-128, S. 79. Fickler: Geschichte Schwaben, S. 75. Regesta Imperii Abt. 5, Bd. 1,2, S. 742, Nr. 4094 (vgl. auch ebd., Nr. 4098). Chartularium Sangallense, Bd. 3, S. 158, Nr. 1147* u. S. 160, Nr. 1149 u. Nr. 1150.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Aistegen

Arbon, Kt. Thurgau, Schweiz

Augsburg, A

Bischofszell, Kt. Thurgau, Schweiz

Bregenz, Vorarlberg, Österreich

Ebersberg Wohnplatz (18117)

Ebersberg, Neukirch, FN

Ehrensberg Wohnplatz (18841)

Ehrensberg, Bad Waldsee, RV

Feldbach, Steckborn, Kt. Thurgau, Schweiz

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Krautheim Wohnplatz (2421)

Krautheim, KÜN

Löwental Wohnplatz (17890)

Löwental, Friedrichshafen, FN

Oberelchingen, Elchingen, NU

IV

Rheineck, Kt. St. Gallen, Schweiz
Rom, Latium, Italien
Rötteln, Schloss : Hohentengen am Hochrhein WT
Steinegg, Hüttwilen, Kt. Thurgau, Schweiz
Summerau Wohnplatz (18136)
Summerau, Neukirch, FN
Trüllikon, Kt. Zürich, Schweiz
Ulm UL
Ulm Gemeinde (16620)
Ulm Wohnplatz (16648)
Ulm, UL
Waldburg Wohnplatz (20306)
Waldburg, RV
Weißenau Wohnplatz (20163)
Weißenau, Ravensburg, RV
Weißenburg in Bayern, WUG
Winterstettenstadt : Ingoldingen BC
Winterstettenstadt Wohnplatz (17302)
Wolfratz Wohnplatz (18387)
Wolfratz, Tettnang, FN
Äpfingen Wohnplatz (17374)
Äpfingen, Maselheim, BC